Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tos fugientes sermone diluuii tempore liberatos. Et quendam
simul arca deuectum in monte sociale sumitate lignorum q; reli
quias multo tempore conseruatas. Decimo enim mense primo die
mensis apparuerunt cacumina montium. Cum q; transissent xl dies
aperiens noe fenestram arce quam fecerat dimisit coruum. qui egredi
ebat et non regrediebat. donec siccarentur aque super terram. Emisit q;
columbam post eum. ut uideret si iam cessasset aque super faciem terre. Que
cum non inuenisset ubi requiescere pedes. reuersa est in arcam. ad eum.
aque enim erant super uniuersam terram. Questio solet o bonum utrum coruus
mortuus sit. an aliquo modo uiuere potuerit. quia uiuq; si fu[illegible]it
terra ubi requiescere. cum columba requiem potuit inuenire pedibus sui[illegible] S.
Unde conicit amultum quod cadauera potuit coruus insidere. quod co
lumba naturaliter refugit. Hic questio est quomodo columba non inuenire
ubi residere. si iam sic narrationis ordo contexit nudata fue
rant cacumina montium. Que uidet questio aut per recapitulatio
ne posse dissolui. ut ea posteri narrata intelligant quia pus facta s.
aut postea aque non diu siccate fuerant. M ysticce autem quod cuncta ani Isid.
malium genera includunt arca significat quia ex omnibus gentibus et
nationibus egregatio fit ecclesie. quod etiam petro demonstrat discus
ille significat. ubi munda et immunda animalia. sic in ecclesie sa
cramentis boni et mali uersantur. Quod septena munda et bina immunda.
non quia pauciores sint mali quam boni. sed quia boni seruant unitatem spiritus
in uinculo pacis. Sicut autem spiritus diuina scriptura in septiformi opera
tione commendat. sapientie et intellectus. consilii et fortitudinis.
scientie et pietatis. timoris dei. Unde et ille numerus quinquagenta
dierum ad aduentum sancti spiritus in septies septenis quinquagenta fiunt qua
dragenta nouem uno addito consummatur. Propter quod dictum est. Studen
tes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Mali autem in binario nume
ro ad scismata faciles. et quodam modo diuisibiles ostendunt. Quod
ipse noe cum suis octauus numeratur. significat quia in expo spes resur
rectionis nostre apparuit. quoctaua die id est post sabbatum septimum pri